Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



66 48

aet ĩtemum: qui aut bibent ex aqua quã ego dabo
ei: nõ sitiet in eternum. sed aq̃ q̃ dabo ei fiet in eo
fons aque salientis in vitam eternam. Dicit ad
eum mulier. Domine da michi hanc aquã ut nõ
sitiam: neq; veniam huc haurire. Dicit ei ihus
Vade voca virum tuum et veni huc. Respondit mu-
lier et dixit ei. Non habeo virum. Dicit ei ihus. Bene
dixisti quia nõ habeo virum. Quinq; enim viros habuisti
et nunc quem habes nõ est tuus vir. Hoc vere dixi-
sti. Dicit ei mulier. Domine video quia prophe-
es tu. Patres nri in hoc monte hoc adorauerunt et vos
dicitis quia iherosolimis est locus vbi adorare
oportet. Dicit ei ihus. Mulier credite mihi quia
venit hora quãdo neq; in hoc monte neq; i iherusalem
adorabitis patrem. Vos adoratis quod nescitis
nos adoramus quod scimus: quia salus ex iu-
deis est. Sed venit hora et nunc est: quãdo vera
adoratores adorabunt patrem in spiritu et veritate. Nam
et patrem tales quirit qui adorent eum. Spiritus est deus
et eos qui adorant eum in spiritu et veritate oportet a-
dorare. Dicit ei mulier. Scio quia messias venit
qui dicit xpus. Cum ergo venerit ille nobis om-
nia annunciabit. Dicit ei ihus. Ego sum qui loqor
tecum. Et statim venerunt discipuli eius et mira-
bantur quia cum muliere loquebatur. nemo tamen
dixit: Quid loqueris aut quid dicis cum ea. Re-
liquit ergo ydriam suam mulier et abiit in ciuitatem
et dicit illis hominibus. Venite et videte hominem
qui dixit michi omnia quecumq; feci. Numquid
ipse xpus. Exierunt de ciuitate et veniebant ad eum